



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

207. Christus non venit solvere legem, sed adimplere.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. *Matth. 5. v. 14. & 15.* Nemo lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. *Luc. 8. v. 16. & cap. 11. v. 33.*

III. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. *Matth. 5. v. 16.* Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo, quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. *Luc. 8. v. 17. & 18.*

## MEDITATIO CCVII.

*Didagma XIII. Christus non venit solvere legem, sed implere.*

I. **N**olite putare, quoniam veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere. *Matth. 5. v. 17.*

II. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, jota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. *Matth. 5. v. 18.*

III. Qui ergo solverit unum de mandatis

man  
min  
rum  
gnus  
vers.

F  
verit  
& Ph  
calo

M

A

erit j

II

qui ir  
thes.

II

ca: re

Fatue

vers.

M

mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. *Matth. 5. vers. 19.*

IV. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. *Matth. 5. vers. 20.*

## MEDITATIO CCVIII.

*Didagma XIV. Non irascendum proximo.*

I. **A**vdistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. *Matth. 5. vers. 21.*

II. Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. *Matth. 5. vers. 22.*

III. Qui autem dixerit fratri suo; Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit; Fatue: reus erit gehennae ignis. *Matth. 5. vers. 22.*

## MEDITATIO CCIX.

*Didagma XV. De querenda reconciliatione.*

I.

I. Sii